

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

Bosco, Jean a

Lovanii, 1670

Concl. IV. Objectum materiale proximum Virtutis specialis Pœnitentiæ est quilibet actus internus vel ad vindicandum assumptus. Inter actus internos meritò computatur detestatio peccati, quæ etiam ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](#)

Et dato quod detestatio & dolor de peccato
non posset esse actus elicitus Penitentia, sif-
cit nobis quod posset esse actus imperatus,
et quo nemo dubitat, quandoquidem, ut iam
epus dixi, sit principalis pena, adeo ut sine
pena non possit esse vera Penitentia.

Ex quo liquidum constat disparitas inter Pœnitentiam & gratitudinem: nam ad compensationem beneficii nullatenus requiritur, qui possum obest, aut certe non iuvat odium beneficii, sed è contrario amor beneficii est quædam compensatio: et si ille, qui vult esse gratis beneficiari, possit dolere ferio, quod tibi sit collatum beneficium, quo obligetur ad alienandam à se rem aliquam sibi charam.

Sed contra, dicit aliquis; tametsi de facto
ita se res habeat, ut dolor sit pena proportion-
ata & necessaria, quia Deus licet voluit vindicari
peccatum; potius tamen Deus aliam poenam
exigere v. g. jejunium, eleemosynam &c.
ergo tunc posset esse vera Pœnitentia sine do-
lore, contra communem sensum SS. Patrum
& Conciliorum. Respondeo, Patres & Con-
cilia loquuntur secundum id quod de facto
est, non quod est possibile.

Si rursum arguiss: poterit quis ex ignorantia invincibili existimat non esse necessarium dolorem de peccatis, sed sufficere jejunium v. g. aut eleemosynam; tali casu ipse habebit verum acutum virtutis Penitentiam, & tamen non erit sufficienter dispositus ad Sacramentum Penitentia: quod videtur absurdum.

Relpondo, hoc minime esse absurdum; imo de facto sèpè contingere, ut quis habeat virtutem Penitentie, quin etiam actum Penitentie, qui si dolor, & tamen non sit sufficiens ter dispositus, si videlicet non sit dolor supernaturals. Sicut ergo non requiritur ad justificationem, five in Sacramento Penitentie, five extra illud actus specialis virtutis Penitentie, ut statim dicam cum Scoto, ita etiam non semper sufficit; sed tunc tantum, quando est secundum legem à Deo ordinatum.

Deinde, & aliud est velle se vindicare de peccato, & aliud actualiter se vindicare; veluti aliud est velle amare, velle colere Deum, & aliud illa acta facere; i.e. Jam vero ignorans in causa proposito, habebit quidem actum cliticum virtutis Peccantem, non tamen actum imperatum, qui requiritur ex lege Dei ad Sacramentum Peccantem;

mentum precentiae.
Nee moveat quempiam, quod Concilium Tridentinum sens. c. 6. agens de dispositio- ne requisita ad iustificationem nullam faciat mentionem vindicationis; quoniam, etiam secundum Scotum, non requiritur talis accusatio ad iustificationem: sic enim ait Doctor Subtilis 4. dist. 14. q. 2. n. 13. De secundo principali sollicitus an pertinere ut actus virtutis requiratur ad iustificationem peccati; dico quod non ut actus unius determinate virtutis. Probat ex auctoritatibus.

Ezech. 18. & 33. *Quicumque horā ingemuerit peccator &c.*

¹ Idque omnes debent sacerdi, cum certum sit
in quacumque sententia sufficere deflationem &
dolorum ex motivo amoris Dei super omnia;
& tamen hic dolor non est actus virtutis
specialis Penitentie: quid ergo mirum si illius
vindicationis ibi non meminerit Concilium?

179.

Quæ cùm ita sint, persisto in Conclusione; & rursum affirmo objectum formale virtutis specialis Peccatoritatis esse correspondentiam peccata ad culpam secundum legem iustitiae vindicativæ; peccata, inquam, quæ quisque sibi ipsi infligit. Ide Deus, inquit Scotus super n. 2, in fine, tunc punia peccatorum, non dicatur punire; quia non sibi, sed alteri pœnam infligit: sed sibi ipsi infligens dicitur punire; id est, ibi pœnam applicando tenere.

Ex quo non difficulter resolvitur, quod nam sit objectum materiale hujus virtutis, culpa videlicet & pena; hæc proximum, illa remotum: hæc actus primarii seu prosecutio- nis, illa actus secundarii seu fugæ. Sit itaque

CONCLUSIO VI.

Objectum materiale proximum
Virtutis specialis Pœnitentia
est quilibet actus internus vel
externus ad vindicandum as-
sumptus. Inter actus internos
merito computatur detestatio
peccati , quæ etiam saepissime
Pœnitentia appellatur. Potest
esse actus Charitatis, Spei, alia-
rumque virtutum , prout ex
hoc aut illo motivo elicetur.

DE prima parte hujus Conclusionis parva aut nulla est controversia inter Doctores, & constat ex definitione seu descriptione objecti materialis in principio praecedentis Conclusionis allegata; cum enim hujusmodi actus sint indifferentes ad diversas virtutes constitutas, per hoc quod illos assumo ad vindicandum peccatum a me commissum, determinantur ad constituantem virtutem specialem Penitentiae.

Sicut ergo objectum materiale proximum Religionis est cultus divinus; id est, actus internus vel externus, qui assumitur in signum summae Dei excellentiae, & nostre subiectonis. Similiter objectum materiale iustitiae communicativa, illud quod assumitur ad constitutendum aequalitatem inter datum & acceptum:

justitiae verò distributiva, præmia seu bona communia, que secundum uniuscujusque meritum distribuantur, servat proportione portionum; pari utique ratione objectum materialis proximum Pœnitentia, ut est justitia vindicativa, erit id, quod assumitur ad constituantem æquitatim inter culpam & penam, id est, ipsa pœna culpa correspondens; pœna autem quid aliud est quam actus internus vel externus assumptus ad vindicandum? Sanè pœna est id, circa quod primarius actus Pœnitentia versatur, hoc est, quod immediatè vult Pœnitentia; vult siquidem pœnam infligere pro peccato commissio.

182.
Ocurredit
objectione.

Idem actus potest esse effectus & objectum alicuius virtutis.

Idem potest esse effectus & finis.

Nec obstat, quod pœna sit quasi effectus ipsius Pœnitentia; quia in virtutibus moralibus idem actus externi, qui à virtute sunt, & sunt effectus internorum actuum voluntatis elicitorum à virtute, idem, inquam, secundum se sumpti, & quæ priores in ordine intentionis, ut si loquar, sunt objectum seu materia talium virtutum, ut pater discurrendo per singulas.

Neque hoc mirum videri debet, cum, sicut docent Philosophi, finis & effectus possint in idem coincidere sub diversis respectibus.

Nonne sanitas est effectus ambulationis? Et tamen nemo ambigit etiam finem ejus esse. Si ergo dicimus eundem cultum v. g. quem Religio exhibet Deo efficienter, eundem, inquam, esse materiam, quæ proximè objicitur virtuti Religionis; consimiliter eandem pœnam, quam efficient Pœnitentia infligunt peccatori, eandem, inquam, esse materiam, quæ proximè objicitur virtuti Pœnitentia.

Ceterum, quia ad vindicandum peccatum, maximè coram Deo, tam opus animæ quam corporis idoneum est, ideo in Conclusione dicitur: *Quilibet actus internus vel externus. Porro per actum internum intelligo non actum immediate elicitorum à virtute Pœnitentie, sed actum voluntatis, vel intellectus, à quacumque virtute elicatur, qui assumitur ad vindicandum; alioquin omnis actus imperatus habet se per modum externi, si comparetur ad illum, à quo imperatur, in quo sensu etiam detestatio peccati, posset dici actus externus, quatenus videlicet imperatur ab actu primario Pœnitentia, puta voluntate vindicandi peccatum; equidem communiter vocatur actus internus, conditius contra jejunium, eleemosynam, alioque actus mèrē externos, qui ad vindicandum præteriorum peccatorum pœnitentibus impununtur, vel voluntariè afflumuntur.*

183.
Explicatur secunda pars Conclusi & probatur

De hac detestatione loquitur secunda pars Conclusio, que non indiget nisi explicatio.

Itaque detestationem peccati sapientem appellari Pœnitentiam tam à SS. Patribus,

quam Conciliis, plusquam meridianum est.

Paucæ ex multis proferunt testimonia.

Primum sit Magni Gregorii homil. 34. in Evangelia. *Pœnitentia (inquit) est peccata præterita plangere, & plangenda iterum non committere. Secundum erit D. Aug. lib. 2. qq. ad D. Aug. Simpl. q. 2. ubi sic ait: Opus pœnitendi est, cum reperitur voluntas mutandi cum animi dolore. Tertium locum accipiet D. Ambrosius, qui Scr. 1. brofi, & D. Aug. Quadrag. & refertur c. 39. de Pœnitentia dist. 1. sic describit Pœnitentiam: *Pœnitentia vera est dolor cordis, & amarudo anima pro malis, quæ quisque commisit.**

Scire ergo & appositè Concil. Trident. sessi. 14. c. 49. *Constitutio, que primum locum inter dictos actus Pœnitentis (intelligi Contritionem, Confessionem, & Satisfactionem) habet, animi dolor ac detestatio est de peccato commissi, cum proprio non peccandi de cetero. Quemadmodum ergo satisfactione est actus justitiae vindicativa, multo magis & principali detestatio.*

Sed nunquid ex his & similibus locutionibus sequitur, quod detestatio sit actus elicitorum Pœnitentia? Respondeo non amplius, quam ex hac locutione, *Dens colitus Fide, Spes, Charitate, quæ despumpta est ex D. Aug. Ench. c. 3. sequitur Fidem, Spem & Charitatem esse actus elicitorum virtutis Religionis. Ad veritatem itaque hujusmodi locutionum, ut superius adhuc dixi, sufficit, quod detestatio sit actus imperatus Pœnitentia, velut Fides, Spes, & Charitas, sunt actus imperati virtutis Religionis.*

Sed contraria: *virtus inferior non potest imperare actum virtutis superioris; atqui illa de-*

detestatio potest esse actus elicitorum Charitatis,

ut patet ex sequenti parte Conclusionis:

ergo non potest esse actus imperatus Pœnitentia, quæ est virtus longè inferior Charitatis.

Ad hoc argumentum respondet Scotus 4. *Responsio dist. 14. q. 2. n. 10. sub hīc verbis: Dico quod voluntas secundum diversas habens posse uti sepius quasi circunlariter hoc modo. Ex dilectione Dei imperatur, in se, que est actus Charitatis, potest imperare actum voluntatis vindicativum peccati, & converso ex actu imperativo vindicandi potest imperare actum voluntatis & dilectionis Dei in se, ad quæ sepius nolito vel dispergunt de aliquo peccato commissi; & sic tristitia de illo peccato: ergo Charitas potest uti actu Pœnitentia, & etiam actu cuiuscumque virtutis in voluntate vel in intellectu; & Pœnitentia etiam potest uti Charitate, & quacumque virtute in intellectu & voluntate, qua potest esse principium confederationis & solitutis obiecti, de quo vult causare tristitiam.*

Concludit Doctor: *Dico ergo, quod illa est Superior simpliciter, cui magis ex obiecto conveniens imperare: sed Charitati ex obiecto, scilicet sine ultimo, magis convenit uti quacumque alia virtute, quam est conversio: scilicet semper in aliis & potest uti ornatissimis habens finem superiore regulatice utiori inferioribus omnibus. Hactenus Scotus.*

Nota signanter prima verba: *Dico quod vo-*

luntas

alii in tentas secundum diversos habitus posse ut seipso; per nos quibus procul dubio Doctor significare voluit, re ipsa, nec actum imperantem propriè imperare, nec imperatim propriè obedire, sed voluntatem esse, qua per actum unum imperat, vel quasi imperat impropriè sibi meti actum alterum; actus autem non magis imperat, quam voces, per quas Dominus seruo imperat, nec certè qualitas illa accidentalis est capax dominii vel obedientie: quare ex hoc capite non appetit repugnanti in eo, quod eadem voluntas posse sibi per actum ignobiliori imperare actum nobiliorem, v.g. per actum naturalem supernaturalem, & in proposito per actum Pœnitentia actum Charitatis.

Nonne ex misericordia erga proximum possum velle actum Religionis, v.g. orationem vel votum, ut impetrarem à Deo proximi sanitatem? Nemo ambigit, idque quia talis actus utilis est ad finem misericordiae, puta ad sive blandam miseri proximi. Par ergo ratione, cum actus detestatio seu doloris, etiam elicit ex amore Dei, deserviat ad finem Pœnitentia, nimis ad vindictam sumendum de peccato commisso, cur voluntas non poterit ex amore Pœnitentia, que est virtus inferior, sibi ipsi imperare actum illum Charitatis, que est virtus superior? Non video quid obsteret.

Restat tertia pars Conclusionis, quam docet Scotus 4. dist. 14. q. 2. n. 11. ubi sic ait: De secunda significazione huius vocabuli Pœnitentia, scilicet de eo, quod est detestari peccatum commissum, vel displicientiam habere de commisso, dico quod iste potest esse actus virtutis. Probatur; quia potest esse actus electivus concors ratione recte; ratio enim recta sicut dicitur complacendum esse in bono honesto, ita dicitur dispendendum esse in malo in honesto.

Et ex hoc patet secunda Conclusionis, scilicet cuius virtutis potest etiam esse actus, quia nullius specialis, sed cuiuscumque appetitiva: quacumque enim virtus inclinat ad complacendum in bono honesto, inclinat etiam ad detestandum, & ad dispendendum de malo in honesto opposito: utpote castitas de aliquo inordinato contra castitatem inclinat ad displicientiam, & humilitas de alio inordinato superbia, & sic de ceteris.

Igitur in quantum peccatum secundum sum particulariter rationem repugnat alicui virtuti particulari, etenim detestatio illius peccati potest elicere illa virtute particulari, v.g. detestatio odij à virtute Charitatis, cui directe opponitur, detestatio luxurie à virtute castitatis, & sic de ceteris.

Præterea cum omne peccatum sit contra infinitum Dei bonitatem, seu malum quoddam Dei infinitè boni, etenim detestatio illius erit actus Charitatis faltem imperatus.

Tertio; cum omne peccatum nos privet supernaturali beatitudine, & subiectat penitus aeternis à Deo vindice infligendis, detestatio ex hujusmodi motivo, erit actus spei.

Quarto; detestatio peccati poterit esse actus & amoris honesti in genere, quatenus omne peccatum est contra rectam rationem, & omnino dedecens naturam rationalem.

Quintò; quoniam subinde peccatum causat temporalia damna, v.g. infamiam, exilium &c. detestatio ejus ex hoc motivo, erit amor proprius.

Denique considerari potest turpitudi peccati, ut est quandam injuryam Dei, vel actus decens creaturam Dei, qui quoddam jus habet ut à creature sua non offendatur, ac per hoc auctoritas sua quoddammodo contemnatur; brevi ter quatenus est offensa Dei; & tunc dubium est cujus virtutis actus erit detestatio.

Lugo disp. 2. n. 49. existimat dari aliquam specialem virtutem ab aliis omnibus diversam, cuius formale objectum sit qualitas moralis cum Deo, quæ explicatur per hoc, quod est non habere Deum rationabiliter aversum & indignatum, seu non dare Deo fundamentum rationabiliter se avertendi ab homine, quod incomplexè & communiter dicitur offendere Deum; hec virtus intendit vitare hanc Dei offensionem, & conservare illam æquitatem moralē; quod si posita fuerit offensa, eadem virtus conatur eam tollere, & reducere priorem æquitatem & pacem cum Deo.

Difserit autem hec virtus à justitia, etiam inter homines, quoniam aliud est aliquem offendere, aliud inferre injuriam: v.g. si amicus petat à me librum, quo ipse valde indiget,

& quem ego sine incommmodo possum commendare, si negem, non facio ipsi injuriam, cum non habeat jus fratre dictum, tamen rationaliter mihi offenditur. Item si ab amico furarer librum, libro restituere injuria cessaret, adhuc tamen posset manere offensa. Igitur alia est virtus, quæ præcavet illam offensam, & tollit, si posita est, per obsequia, per venie pœnitentiam & similia; alia virtus, quæ caveret & tollit injuriam.

Enimvero non solum laudabile est & honestum præcavere & tollere injuriam, sed etiam omnem offensam, id est, habere pacem cum omnibus; si hoc est laudabile inter homines, quidni etiam inter Deum & homines? Itaque ad illam pacem inter Deum & hominem custodiendam & resarcendam, si fracta fuerit, videtur inclinare virtus Pœnitentia, detestans omnia peccata præcisè quatenus sunt offensa Dei, sive quæ sunt infraactio illius pacis, & idcirco dicitur virtus reconciliativa.

Hec est summa doctrina Eminentissimi, quæ non placet Dicastilloni, & ideo respondit disp. 1. n. 36. disparitatem esse inter Deum & hominem, quod Deus tamquam Dominus omnium creaturem jus habeat, ut omnes faciamus ejus voluntatem. Unde qui facit contra suam voluntatem (in quo consistit ratio offensæ) facit eo ipso contra suum jus quod

184. An derectio-
tio sit admissio
elicitus Regis
auctoritate?

185. Obiectio,

Responsio
Scoti.

Voluntas
imperat. At
actum unius
virtutis ex
motivo aliis
& contra.

Ad Charita-
tem singulis
speciebus im-
petare actus
aliorum vir-
tutum quām ex-
cepta.

186. Causa
derivationis
peccati.

188. Causa
derivationis
peccati.

Universitäts-
bibliothek
Paderborn

190. Sententia
Lugonis
statuit spe-
cialem vir-
tutem.

191. Hoc senten-
cia rejec-
tione
à Dicasti-
lone,

192. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 999. 1000. 1001. 1002. 1003. 1004. 1005. 1006. 1007. 1008. 1009. 1009. 1010. 1011. 1012. 1013. 1014. 1015. 1016. 1017. 1018. 1019. 1019. 1020. 1021. 1022. 1023. 1024. 1025. 1026. 1027. 1028. 1029. 1029. 1030. 1031. 1032. 1033. 1034. 1035. 1036. 1037. 1038. 1039. 1039. 1040. 1041. 1042. 1043. 1044. 1045. 1046. 1047. 1048. 1049. 1049. 1050. 1051. 1052. 1053. 1054. 1055. 1056. 1057. 1058. 1059. 1059. 1060. 1061. 1062. 1063. 1064. 1065. 1066. 1067. 1068. 1069. 1069. 1070. 1071. 1072. 1073. 1074. 1075. 1076. 1077. 1078. 1079. 1079. 1080. 1081. 1082. 1083. 1084. 1085. 1086. 1087. 1088. 1089. 1089. 1090. 1091. 1092. 1093. 1094. 1095. 1096. 1097. 1098. 1099. 1099. 1100. 1101. 1102. 1103. 1104. 1105. 1106. 1107. 1108. 1109. 1109. 1110. 1111. 1112. 1113. 1114. 1115. 1116. 1117. 1118. 1119. 1119. 1120. 1121. 1122. 1123. 1124. 1125. 1126. 1127. 1128. 1129. 1129. 1130. 1131. 1132. 1133. 1134. 1135. 1136. 1137. 1138. 1139. 1139. 1140. 1141. 1142. 1143. 1144. 1145. 1146. 1147. 1148. 1149. 1149. 1150. 1151. 1152. 1153. 1154. 1155. 1156. 1157. 1158. 1159. 1159. 1160. 1161. 1162. 1163. 1164. 1165. 1166. 1167. 1168. 1169. 1169. 1170. 1171. 1172. 1173. 1174. 1175. 1176. 1177. 1178. 1179. 1179. 1180. 1181. 1182. 1183. 1184. 1185. 1186. 1187. 1188. 1189. 1189. 1190. 1191. 1192. 1193. 1194. 1195. 1196. 1197. 1198. 1199. 1199. 1200. 1201. 1202. 1203. 1204. 1205. 1206. 1207. 1208. 1209. 1209. 1210. 1211. 1212. 1213. 1214. 1215. 1216. 1217. 1218. 1219. 1219. 1220. 1221. 1222. 1223. 1224. 1225. 1226. 1227. 1228. 1229. 1229. 1230. 1231. 1232. 1233. 1234. 1235. 1236. 1237. 1238. 1239. 1239. 1240. 1241. 1242. 1243. 1244. 1245. 1246. 1247. 1248. 1249. 1249. 1250. 1251. 1252. 1253. 1254. 1255. 1256. 1257. 1258. 1259. 1259. 1260. 1261. 1262. 1263. 1264. 1265. 1266. 1267. 1268. 1269. 1269. 1270. 1271. 1272. 1273. 1274. 1275. 1276. 1277. 1278. 1279. 1279. 1280. 1281. 1282. 1283. 1284. 1285. 1286. 1287. 1288. 1289. 1289. 1290. 1291. 1292. 1293. 1294. 1295. 1296. 1297. 1298. 1299. 1299. 1300. 1301. 1302. 1303. 1304. 1305. 1306. 1307. 1308. 1309. 1309. 1310. 1311. 1312. 1313. 1314. 1315. 1316. 1317. 1318. 1319. 1319. 1320. 1321. 1322. 1323. 1324. 1325. 1326. 1327. 1328. 1329. 1329. 1330. 1331. 1332. 1333. 1334. 1335. 1336. 1337. 1338. 1339. 1339. 1340. 1341. 1342. 1343. 1344. 1345. 1346. 1347. 1348. 1349. 1349. 1350. 1351. 1352. 1353. 1354. 1355. 1356. 1357. 1358. 1359. 1359. 1360. 1361. 1362. 1363. 1364. 1365. 1366. 1367. 1368. 1369. 1369. 1370. 1371. 1372. 1373. 1374. 1375. 1376. 1377. 1378. 1379. 1379. 1380. 1381. 1382. 1383. 1384. 1385. 1386. 1387. 1388. 1389. 1389. 1390. 1391. 1392. 1393. 1394. 1395. 1396. 1397. 1398. 1399. 1399. 1400. 1401. 1402. 1403. 1404. 1405. 1406. 1407. 1408. 1409. 1409. 1410. 1411. 1412. 1413. 1414. 1415. 1416. 1417. 1418. 1419. 1419. 1420. 1421. 1422. 1423. 1424. 1425. 1426. 1427. 1428. 1429. 1429. 1430. 1431. 1432. 1433. 1434. 1435. 1436. 1437. 1438. 1439. 1439. 1440. 1441. 1442. 1443. 1444. 1445. 1446. 1447. 1448. 1449. 1449. 1450. 1451. 1452. 1453. 1454. 1455. 1456. 1457. 1458. 1459. 1459. 1460. 1461. 1462. 1463. 1464. 1465. 1466. 1467. 1468. 1469. 1469. 1470. 1471. 1472. 1473. 1474. 1475. 1476. 1477. 1478. 1479. 1479. 1480. 1481. 1482. 1483. 1484. 1485. 1486. 1487. 1488. 1489. 1

quod habet, ut impleamus suam voluntatem; atque adeo inseparabiliter, qui offendit, injuriat, quatenus injuriare est facere contra ius. Ideo omne peccatum, sicut est offensa Dei contra ipsius voluntatem, est etiam injuria contra ius, quod habet ut fiat, quod mandat, & vult fieri. Hæc ille.

Sed contrà; etiam Legislator humanus habet aliquod ius, ut lex ipsius observetur, & tamen non idcirco violatio legis humanae est propriè dicitur injuria. Offendere ergo deberet hic Author, Deum necessariò alio jure præcipere, quām Legislator humanus. Vide concl. 3. Non ergo propter hoc argumentum rejicienda est sententia Lugonis.

192. Aliâ ratione eam impugnat Hiquæus in suo Commentario ad doctrinam Scotti 4. dist. 14. q. 2. ubi n. 10. & sequentibus conatur probare Charitatem respicere peccatum sub ratione offense dicens: Repugnat Charitatem dolere de peccato, nisi sub ratione offense; ergo &c. Probatur Antecedens: etenim dolet Charitas de peccato, quatenus est contrarium suo objecto, id est, ultima fini & Deo; sed præcisè est contrarium in ratione offense: ergo &c. Probatur Consequens: etenim est offensa quatenus tollit amicitiam, vel quatenus est aversio ab ultimo fine, & conversio ad creaturam; sed haec duo specificant motivum formale Charitatis: ergo Charitas non alter fertur in peccatum, nisi ut offensa Dei est.

193. Confirmatur: ejus virtutis est detestari peccatum sub formaliter ratione offense divinae, seu contrariebat ad Deum, cuius est operari circa ipsum Deum immediate; sicut ejusdem est amare Deum, & reliqua quatenus in Deum referuntur sub formalitate; sed ad Charitatem hoc spectat, quæ est virtus theologia, non verò ad Pénitentiam aut aliam virtutem moralem: ergo offensa Dei non specificat motivum Pénitentia, sed solius Charitatis. Hucusque Hiquæus.

Sed contrà, inquit Lugo suprà n. 52. Aliud longè diversum est detestari peccatum, quia adversatur Deo, seu quia est malum Dei saltem extrinsecè, & quia displaceat Deo, quod pertinet ad Charitatem: aliud verò detestari peccatum, quia offendit Deum, seu quia irritat Deum, & avertit eum ab homine, quod pertinet ad istam aliam virtutem Pénitentia, quam ponimus: nam etiam inter homines distinguuntur hæc duo, & possum ego nolle offendere alium, ne eum rationabiliter redam mihi aversum, licet alioquin nullam habeam, nec habere expectam cum ipso amicitiam; amicitia enim tendit ad vitandum malum illius, quia malum illius est; at vero hæc alia virtus tendit formaliter ad vitandum offendam, non quia malum illius est, sed potius quia malum & dishonestum mihi est ha-

bere alium rationabiliter mihi aversum;

Et si dixeris: Pénitentia tendit ad reconciliationem cum Deo: ergo per Pénitentiam expetimus formaliter Dei amicitiam. Respondebit, Pénitentiam formaliter tendere ad reconciliationem cum Deo, quatenus expediat Deum habere placatum, non ita ut formaliter experiet habere Deum amicum. Aliud enim est habere Deum placatum, hoc est, non aversum, non iratum, non offendum; aliud habere Deum amicum, hoc est, positivè benevolum & gratum. Illud primum solùm expedit formaliter Pénitentia, licet de facto numquam reperiatur illud primum sine hoc secundo. Sed tamen sicut etiam inter homines datur status medius inter amicitiam & inimicitiam: ita Pénitentia potest intendere formaliter hoc, quod est, non habere Deum inimicum, & tollere omnes occasiones offendit & diffidit, sine eo quod intendat positivè ejus amicitiam.

Hactenus Eminentissimus probabiliter, imd utcumque conformiter menti Doctoris Subtilis 4. dist. 14. q. 1. n. 9. ubi sic lego: Secundo dico, quod non remittitur (peccatum) sine parta vel aequivalente in acceptatione divina; quia per quodcumque peccatum offenditur Deus, sicut Scriptura fatis clamat: offensa autem eius vel tra, & est eius vele vindicare, vel aliquid sufficiens ad placandum exige: ergo post quocumque peccato Deus vel vindicare peccante, sed yelle vindicare est vele punire: ergo post peccatum commissum ad eius detectionem requiriatur aliqua punio vel aequivalens in acceptatione divina.

Ergo offensa Dei secundum Scorum specificat motivum Pénitentia, quod est correspondentia justæ penæ ad culpam, quam correspondentiam consequitur pax cum Deo, nam positâ tali correspondentia definit rationabiliter esse offensus. Patet; quia jam peccatum vindicatum est ab ipso pénitente, ut ministerio Dei. Igitur detestari peccatum ut offendit Dei, idem est quod detestari peccatum, ut meretur justam vindictam Dei; quis autem non videt hoc pertinere ad virtutem speciem Pénitentia, tuus est infligere justam penam pro peccato commisso?

Rogas, quid sit fit detestatio peccati? Respondeo, odiū seu displacebita vel nolitus peccati non tantum secundum se, sed etiam illius presentie, ad quam sequitur tristitia fīe dolor: quippe ex nolitione mali presentis oritur quadam lucta in subiecto capaci seu inquietudo animi conantis malum exolum fūgere, & hæc est dolor, qui dum est vehemens, gignit in parte sensitiva similem quedam affectum, quem subiude subsequuntur gemitus & lacryma: his tamen affectus potest etiam ori ex alia causa, vel ex quadam imperfecta peccati displacebita: & similiter potest in parte superiori esse dolor perfectus sine ejusmodi commotione in parte inferiori.

Et

Et verò hunc dolorem sive tristitiam, affir-
mat Scotus supra q. 3. n. 2. unicam & primam
penam in certo aliquo sensu, quem illico sub-
jicio. Querit ibi Doctor, Utrum Pœnitentia
virtus sit tantum unius penæ inflictiva? Pro-
responsive autem supponit quod sit duplex
regula Pœnitentiae: Quidam (inquit) naturali-
ter cognoscibilis, ut feliciter quod de peccato est dispi-
cendum.... Alia regula reficiens peccatum de-
fendit, tantummodo est nota ex revelatione, scilicet
quod peccatum est deiectionum in quantum est Dei
(Auctoris supernaturale) offensio, vel in quant-
um areficiuntur à Deo (Auctore supernaturale) vel
impeditum acquisitionis beatitudinis, vel in quant-
um inducitrum finalis miseria. Hoc supposito:

Ad propositum, ait Scotus, Pœnitentia primo mo-
do (id est, ut habet regulam naturalem) est tan-
tum unius pena infiictiva, sicut eius regula tantum
estendit unam penam infligendam, scilicet dispi-
cendum, ad quam sequitur tristitia, que est unica & pri-
ma pena. Secunda (Pœnitentia) est infiictiva cu-
isenque, cuius sua regula est dictativa: regula au-
tem sua, feliciter notitia habita ex divina Scriptura,
dicit plures penas esse infligendas, quas lator illius
lego, cuius penitens est minister, voluit infligi ad hoc,
si sufficiat placetur, & tales sunt multæ, ut
coligunt ex Scriptura, v. g. confessio, contrito-
satisfacio, lacryma, jejunium, eleemosyna
&c. de quibus inferius proprio loco.

Ex his interius liquidum constat, detestatio-
nem peccati ratione tristitia subsequentem, ex
quocumque motivo cuiuscumque virtutis eli-
cetur, posse esse actum imperatus virtutis
Pœnitentiae specialis; quoniā est vera pena,
qua debetur pro peccato commissio, sive spe-
cies regulam naturalem Pœnitentiae, sive super-
naturalē.

Quod si aliquis pergit contendere aliquam
detestacionem peccati fore actum elicitorum vir-
tutis specialis Pœnitentiae, non ago pugnaciter,
dummodo admittit, sicut ante dixi, tantum
esse actum secundarium; primarium autem esse
voluntatem vindicandi, seu ordinandi pecca-
tum per penam correspondentem, preſen-
do ab eo quod culpa tollatur, vel non tollatur.
Quod addo: quia licet culpa qua tollatur (ut or
verbi Scotti supra q. 1. n. 9.) tollitur regulariter
per penam, sicut obligatio ad aliquid tollitur per so-
lutionem illius, & licet quandoque tollatur per aliud
a pena, equivalent in acceptatione divina; tamen re-
gulariter per penam ordinatur, et si non tollatur, & hoc
est quod dicunt communiter, & accipiunt à Boëto lib.
4. de Conf. Philos. Prof. 4. quod pena est ordinati-
va culpa; ita quid non potest reliqui in universo ali-
qua culpa, cui non correspondent penæ ordinativa. Et
simplius melius est peccatorem non correctum esse in
pena, quam sine pena; quia in primo est aliquid boni,
scilicet correspondentia iusta penæ ad culpan; in se-
condo est tantum malitia, scilicet culpa, & impunita.
Itaque ex vi virtutis specialis Pœnitentiae per
se & solitariè spectata, non tollitur peccatum;

procul dubio enim punitio sceleris, & offensis Pœnitentiae
remissio separari possunt; sicut contingit in tollitur pec-
cato, in quibus Deus justitiae vindicativa
medium conservat per punitionem sine remis-
sione culpa. Unde quod de facto ad Pœnitentia
peccatoris Deus remittat offensam, con-
tingit ex confortio alterius virtutis, puta chari-
tatis eliciens aut imperans detestacionem
peccati, vel certe ex confortio Sacramenti Pœ-
nitentiae.

Dico: Elicientis aut imperantis, quia videtur
tentia Doctoris Seraphici, fugam peccati sit
non esse actum elicitorum charitatis, sed dumta-
xat imperatum: haec sunt ejus verba 4. dist. 14.
P. 14. 1. q. 2. ad 2. Ad illud quod obicitur, quid ei-
us D. Bonaven-
tura virtus est gaudere a aliquo, & de oposito tri-
stari; dicendum quod verum est imperativum, sed non
eluctivum: & hoc patet; quia charitas dicitur, & impe-
rat fugere peccatum; sed tamen timor elicit motum
fuge. Alterius enim virtus est imperare, & alterius
elicere: ut obedientia dicitur Deo obediri in hoc
Precepto: Non mæchaberis, & contingens elicit.

Nihilominus contrarium videtur verius, in-
telligenz peccatum directe opositum virtuti
charitatis, id est, peccatum odit: de aliis porrò
peccatis, v. g. luxuria, iniustitia & similibus,
qua solidū indirecte repugnat, quatenus vide-
licet cum illis de facto non potestflare actus
charitatis Dei super omnia, quid dicam? Forte
hujusmodi repugnancia non sufficit, ut detesta-
tio illorum peccatorum sit actus elicitorum chari-
tatis, quamquam bene ut sit actus imperatus.

Et vero quis scit, an non ideo dixerit Con-
cil. Trid. less. 14. c. 4. Eisti contritionem banc ali-
guando charitate perficiam esse contingat? Non dicit
illam contritionem esse actum charitatis; sed
debere perfici per actum charitatis, insinuans
forte contritionem non esse actum elicitorum,
sed imperatum à charitate. De quo plura ubi
de contritione iustificativa.

Atque hac fatis de objecto materiali proxim-
mo, sequitur objectum materiale remotum.
Dubitas quoniam illud sit? Resolutio dubii erit

CONCLUSIO VII.

Objectum materiale remotum
Virtutis specialis Pœnitentiae est
quodcumque malum vindicabi-
le à se commissum.

Obiectum remotum voco illud, inter quod,
& internum actum à virtute speciali Pœ-
nitentiae elicitorum, aliquid mediat. Cum ergo
inter peccatum, seu malum vindicabile, &
actum internum Pœnitentiae, puta volunta-
tem vindicandi, intercedat vindicta, sequi-
tur malum vindicabile tantum esse objectum
remotum.

F. Quam-